



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Canonicae**

**Schnorrenberg, Anno**

**Coloniae, 1740**

LXXIII. Factum legitimè retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62040](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62040)

## REGULA LXXIII.

*Factum legitimè retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari.*

**Q**ues primo. Quis hujus Regulae tenentus?

re. Si Contractus vel alius actus stabilem inducens obligationem semel validè sit gestus, ita, ut ab agentis libera non amplius dependeat voluntate, retractari ab eo nequit, quantumvis casus seu circumstantia superveniat, quæ si antecessisset, ejusdem inchoationi obstisset.

Exempla sunt 1<sup>mo</sup>. Si matrimonio impotentia, cognatio, amentia superveniat, integrum tamen manet, quantum hæ circumstantiæ id ipsum ab initio invalidassent. *Can. neque furiosus. 26. caus. 32. q. 7. cap. si vir. 2. de cognat. spiritual. cap. tna. 10. cap. fin. de eo. qui cognovit &c. 2<sup>do</sup>. Qui fecit Testamentum, & postmodum in amentiam actus, vel bonis interdictus fuit, validum manet Testamentum. §. præterea. 1. instit. quib. non est perm. facere testam. 3<sup>io</sup>. Petrus ex præsentatione Patroni, qui tempore præsentationis in possessione Jurispatronatus erat, obtinet beneficium, modò tamen in Judicio Jus patronatus ab alio evictum fuit; Petrus nihilominus retinet beneficium, *Cap. consultationibus. 19. de Jurepatron. 4<sup>to</sup>. Cæcus Magistratum, quem videns ob-**

non possit. *L. 1. §. 5. ff. de postul. 5<sup>to</sup>. Qui legitimè fundum præscripsit, quantumvis scientia, completâ præscriptione, prædium fuisse alienum superveniat, restituere non tenetur; et si scientiæ, si ante adfuisset, præscriptionis inchoationi & inchoatæ perfectioni impedimentum præstitisset. *Cap. viglanti. 5. cap. fin. de præscript.**

Quæres secundo. Quæ hujus Regulae exceptiones?

re. Hæ duæ. 1<sup>a</sup> Reg. solùm in actibus perfectis & consummatis tenet; quia si actibus nondum plenè consummatis impedimentum, à quo incipere non potuissent, superveniat, sæpe sunt invalidi. Ut: 1<sup>mo</sup>. Sponsalia legitimè contracta per matrimonium cum alia à Sponso initum, aut accidens affinitatis, voti &c. impedimentum dissolvuntur. *Cap. scient. 22. cap. si inter. 31. de sponsal. 2<sup>do</sup>. Præ-lato electo, si post electionem aliquod crimen committat, quod si electionem antecessisset, eandè impediuss. r. denegatur confirmatio. *Cap. fin. de Jurejur. in 6. 3<sup>io</sup>. Si lite contestatâ causa iusta Judicium recusandi superveniat, illâ probatâ Judicium sistitur. *Cap. insinuan-te. 25. de offic. delegat. Quia per litis contestationem solùm inchoatur, non autem consummatur Judicium, Se-***